

## Approbatio

Concordat cum Originali.

Friburgi, die 8 Aprilis 1915

(L. S.)

✠ Thomas Archiepiscopus

## Imprimatur.

Ratisbonæ, die 15 Aprilis 1915

Dr. Scheglmann Vic. Gen.

## KALENDARIUM PERPETUUM

~~~~~  
Omnia ut in Kalendario Ecclesiæ universalis, exceptis  
diebus infra descriptis:

### Martius

- 2 B. Henrici Susonis Conf., duplex.
- 3 S. Cunigundis Imperatricis, Virg., duplex.
- 6 S. Fridolini Conf., duplex. Com. Ss. Perpetuæ et Felicitatis Mm. (duplex).
- 15 S. Clementis Mariæ Hofbauer Conf., duplex.

### Aprilis

- 23 S. Georgii Mart., semiduplex.  
In urbe Friburgensi, duplex majus.
- 24 S. Fidelis a Sigmarina Mart., duplex.  
In territorio Hohenzollerano: Patroni minus principalis,  
duplex majus.
- 27 S. Trudperti Mart., duplex.  
Feria IV infra Hebdomadam IV post Octavam Paschæ,  
Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis, duplex I classis  
cum Octava communi.  
Feria IV sequenti, Octava Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis,  
duplex majus. Com. Vigiliæ Ascensionis.

### Majus

- 16 S. Joannis Nepomuceni Mart., duplex majus. Com.  
S. Ubaldi Ep. et Conf. (semiduplex).

# OFFICIA PROPRIA ARCHIDIŒCESIS FRIBURGENSIS

## PARS VERNA

### FESTA MARTII

Die 2 Martii

(d. a. ex 25 Januarii)

B. Henrici Susonis  
Confessoris

Duplex (m. t. v.)

#### Oratio

**D**eus, qui beátum Henrícum Confessórem tuum córporis mortifica-tiōne et caritáte mirábi-lēm effecísti: concéde; ut Christum crucifixum cor-de diligere, et ópere in nobis exprímere valeá-mus. Per eúmdem Dó-minum nostrum.

Et fit Com. Feriæ.

In I Nocturno Lectiones Beá-tus vir, de Communi Conf. non Pont. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

**H**enrícus Suso, Jo-ánnes a Suévia dictus, ubi ex il-lústri familia ortus, cog-

nómen non a patre Montése, sed pótius Suson a Matre, ceu piissima fémina retinuit. Juste sanctéque educátus ádeo in virtútibus profécit, ut décimo tértio aetátis anno ad altióra a Deo vocá-tus, Prædicatórum Ordini Constántiæ nomen déde-rit. Humánæ vero fragili-tati in religiōne páulu-lum indulgens, per quin-quénnum ita se hábuit, ut leves communésque culpas parvipénderet, do-nec eum Deus, volens di-vítias misericórdiæ suæ osténdere, a terrénis af-féctibus expedítum ad se pénitus attráxit: propter-eaque Henricus intérnis certamínibus et afflictatiōnibus, quibus retardabátur a via perfectiōnis, magno ánimo superátis, cælestibus solum inhians, Dei præsentiam júgiter contemplári constituit.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívít eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum:

\* Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

**Lectio v**

**C**hristiánæ mortificatiónis exémplar efféctus, Christi passiónem in semetíspo exprímere miris abstínéntis corporísque cruciátibus conáutus est; nam cilícum et caténam férream ácubus armátam diu noctúque gestávit, et in ejúsdem passiónis memóriam lígneam crucem clavis férreis hórridam inter scápulas ad carnem sibi aptávit. Super nudam tábulum, ac sine ullo operíménto dormíre solébat; multis prætérea vigiliis, flagellatióibus aliisque pœniténtiæ opéribus corpus suum, tamquam infensíssimum hostem, quotidie in servitútem redégit. Divíno amore veheménter accénsus, nomen Jesu sinistro péctoris láteri stylo férreo imprésit; sed Deus, qui ad sub-

limióra illum vocáverat, cónporis cruciátibus hisce amarióres spíritus afflictiones adjúnxit.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi coronavit eum. **V.** Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornávit eum. **Et.**

**Lectio vi**

**Q**uibus angústiis, nec non hóminum moléstias ac persecutióibus Henrícus úndique jactá-tus, in Dei bonitáte confidens, firma spe, humili-táte et patiéntia de advérsis triumphávit. In Ordini observatióibus erat sollícitus, orándi habens stúdium indeféssum, ac siléntium ita servans, ut numquam illud frégerit. Erga Déiparam Vírginem ferventissimo ferebátur obséquio. Salútem zelans animárum, innúmeros pecatóres ad pœniténtiam redúxit, præcipue vero dum magnam Germánia partem, Suéviam imprimis et Alsátiam, verbum Dei contínuo prædicans, perlustrávit. Móritur post multos labóres plurimá-

que patiéntiæ documénta, plenus diérum ac virtútum, in coenóbio Ulménsi, ubi multis miráculis a Deo claruísse perhibétur. Hujus sancti viri fama longe latéqué diffusa, cultum ecclésiásticum illico ad præ-sentem usque diem ipsi conciliávit, quo rite probáto primo Gregoriús dé-cimus sextus Ordini Præ-dicatórum, deinde Leo dé-cimus tertius Archidicé-cési Friburgénsi Officium Missámque in ejus honórem benigne concéssit.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangel. Confiteor tibi Pater, de Communi Abbatum 2 loco.

IX Lectio de Homilia Feriæ et fit ejus Com. in Laudib⁹.

Vesperæ a Capitulo de se-quenti, Com. præcedentis et Feriæ.

**Die 3 Martii**  
**S. Cunigundis**  
**Imperatricis, Virginis**

Duplex

Oratio

**D**eus, qui beatæ Cuni-gundi Vírgini tuæ ter-reña despícere, et ad cæ-léstis impérii culmen an-helare tribuisti: concéde, quæsumus; ut ejus imita-tiōne calcá-tis mundi illé-cebris, ad gáudia ætérna secúri pervenire valeá-mus. Per Dóminum.

Et fit Com. præcedentis:

**Ant.** Hic vir despiciens mundum et terréna, triúm-phans, divitias cælo cón-didit ore, manu.

**V.** Justum dedúxit.

**Oratio** Deus, qui beatum, ut supra. 5\*

Deinde Com. Feriæ.

In I Nocturno Lectiones De Virginibus, de Communi 1 loco.

In II Nocturno  
Lectio iv

**C**unigundis Augústa, Germanórum nobilissima, ab in-eúnte ætate præclara exhibuit sanctitatis indícia, ac Deiparæ Vírginis, cui

se totam addíixerat, patrocínio mundi illécebras, et fluxas carnis voluptátes ea morum severitáte coér- cuit, ut virginitátem quoque perpétuam cólere, atque angélicam in terris vitam ágere proposúerit. Verum paréntum jussis, qui illam in matrimónium despónderant, obtempe- ráre coácta, illud a cælesti sposo, qui pásctur inter lilia, prémibus efflagitávit, ut quem susciperet virum, virginitatis suæ custódem inveníret. Henrico itaque Bavariæ duci, cognomén- to Pio, póstea Romanó- rum imperatóri, in matrimónium trádita, raro ex- émplo virginitátem ipso annuente illibátam servávit: in cuius testimónium, cum aliquando, instigante humáni géneris hoste, sus- picio quædam contra ipsam fuisset exórta, nudis pédibus super ignítos vómeres incédens illæ- sa, egrégium suæ innocéntiæ prébuit arguméntum, quod sanctus ipse Henrí- cus suprémo mortis témpori appropinquans, abundántius declarávit; ac- citis namque impérii pro-

céribus, aliisque principi- bus viris, ac sanctæ Vir- ginis consanguíneis: qua- lem mihi, inquit, eam as- signástis, talem reddo: virginem dedístis, vírginem reddo.

**R.** Propter veritátem, et mansuetudinem, et justi- tam: \* Et dedúcet te mi- rabiliter déxtera tua. **V.** Spécie tua, et pulchritú- dine tua inténde, próspera procéde, et regna. **Et.**

### Lectio v

Singulári erga ecclésias pietáte prædita, sanctum Henricum cónjugem suum ad eas construén- das et locupletandas exhortatióibus incitávit, ópibus adjúvit. Bamber- gensem itaque episcopá- tum própriis facultatibus fundátum, beátó Petro Apostolórum Príncipi, Romanæque Ecclésiae vec- tigálem fecérunt, plúribus aliis templis et cœnóbii cæsárea plane munificé- nti locupletatis. Cum pene ómnia, quæ habébat in terris, Christi ecclésiis, ac paupéribus distribuísset, seípsam quoque defúncto viro in Jesu Christi obsé- quium impéndit, ac sancti

Patris Benedicti régulam proféssa, et regnum mundi et omnem ornátum séculi ingénti ánimi demis- sione contémnens, sanctum religiósae vitæ propó- situm usque ad mortem exactissime custodivit.

**R.** Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* Prop- térea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiaæ. **V.** Propter veritátem, et man- suetudinem, et justitiam. Propterea.

### Lectio vi

Jugi itaque virtútum ex- ercitio, cum annos quindecim in cœnobio bo- norum óperum méritis cu- mulata transegísset, ad cæ- léstis Agni nuptias, quas únice optáverat, invitata sancto fine quiévit. Fámula suæ sanctitatem Deus illico póstmodum crebris miraculis demonstrávit; nam ad ejus túnulum cæ- ci visum, claudi gressum, surdi auditum, muti lo- quélam, aliisque multis ac diutúnris affécti lan- guóribus salútem retulé- runt; sed illud inprímis nóbile, quod pulvis de se- púlcro ejus assúmptus sæpe in fruméntum con-

vérti repértus sit. Quibus rite probátis, ab Innocéntio térito Pontifice Máximo sanctárum virginum númerō est adscripta.

**R.** Afferéntur Regi vírgines post eam, próxiimæ ejus \* Afferéntur tibi in lætitia et exsultatione. **V.** Spécie tua et pulchritú- dine tua inténde, próspere procéde, et regna. Afferéntur tibi. Glória Patri. Afferéntur tibi.

In III Nocturno Homilia in Evangel. Símile erit regnum cœlórum decem virginibus, de Communi 1 loco.

IX Lectio de Homilia Feriæ, et fit ejus Com. in Laudibus.

In Vesperis Com. sequentis (S. Casimiri Conf.):

**Ant.** Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit do- mum suam supra petram.

**V.** Amávit eum.

### Oratio

Deus, qui inter regáles delicias, et mundi il- lécebras, sanctum Casimí- rum virtute constántiae ro- borásti: quæsumus; ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despiciant, et ad cælestia semper aspi- rent.

Deinde post Com. Feriae  
Com. S. Lucii I Papæ et Mart.:

**Ant.** Iste sanctus prolege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

**V.** Glória et honóre.

### Oratio

Deus, qui nos beati Lúci Mártyris tui atque Pontificis ánnua solemnitatem lætificas: concéde propitiis; ut, cuius natalitia cólimus, de ejusdem étiam protectione gaudéamus. Per Dóminum.

Die 6 Martii  
S. Fridolini Confessoris

Duplex

### Oratio

Deus, qui perfécte corram te ambulántibus protéctor es et merces magna nimis: da nobis beati Fridolíni Abbátis intercessióne et exémplo temporália despícere, et ad te tota mentis intentione festinare. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. Ss. Perpetuae et Felicitatis Mm.:

**Ant.** Istárum est enim regnum cælórum, quæ contempserunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**V.** Glória et honóre coronasti eas, Dómine. **R.** Et constituisti eas super ópera manuum tuárum.

### Oratio

**D**a nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuæ et Felicitatis palmas incessábili devotione venerári: ut, quas digna mente non possumus celebrare; humílibus saltem frequentémus obsequiis. (Per Dóminum.)

Deinde Com. Feriae.

In I Nocturno Lectio Beatus vir, de Communi Conf. non Pont. 1 loco.

In II Nocturno

### Lectio iv

**F**ridolínus, in Hibernia nóbili gente ortus, jam a juventute scientia ac pietate eluxit. Sacerdótio insignitus et máxime egregiis animi dótibus præditus, verbum Dei cum tanta eloquentia et cum

tanto ómnium appláusu prædicábat, ut præcipuis honoribus propter suam artis oratóriæ perítiam afficeretur. Ast celebritatem humilitati postponens, divítias et omnem séculi pompam spernens, opes patérnas inter cognatos, páuperes et ecclésias divisit, sicque sponte pauper factus, pátriam relíquit et in Gálliam sese cónfultit.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. **Et.**

### Lectio v

**I**bi váriis in locis cum ingenti zelo verbum Dei annuntiando, multos in virtute firmávit, multos ad pœnitentiam vocávit, plúrimos ad veri Dei notitiam et cultum perdúxit. Tandem in Pictávii subúrbis cónstitutit, ubi monastérii sancti Hilárii electus fuit Abbas. In rudéribus ecclésiae suæ ossa magni Hilárii detéxit, éaque in ec-

clésia, quam delápsam una cum monastério instaurávit, honorifice recordidit.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stola gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. **Et.**

### Lectio vi

**C**aritatis igne consúmpsus Pictávium reliquit, plures Gálliaæ provincias lustrávit, quasi tuba exáltans vocem suam, verbi Dei indeféssus præco. Vária in váriis locis templo et monastéria struxit. In Alsácia quoque et ipsam civitatem Argentína, quam máxime Dei gloriæ et animárum salutis operátus fidei propagátor, demum in Séckingen, Rheni insula prope Basileam, in finibus Suéviae, consédit, ubi in honórem sancti Hilárii templum et duplex monastérium, alterum pro mónachis et alterum pro moniálibus, constituit, ea sapientissime rexit, et ibi circa annum quingentésimum trigési-

mum octávum post Chri-  
stum natum sanctissime  
in Dómino obdormívit.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam:  
\* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contépsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

### In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum

### Lectio vii Cap. 19, 27-29

In illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus ómnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et réliquia.

Homilia sancti Hilárii

Episcopi

Can. 20

**A**póstoli dictis Dómini hæcreddunt: reliquisse se ómnia et cum ipso esse. Quibus Dóminus, cum séderit in majestatis suæ sede, sessíos super sedes duodecim ac tótidem tribus Israël judicaturos spopón-

dit, omnibúsque qui univer-  
sa reliquerint propter nomen ejus, fructum cén-  
tupli præmii reservátum,  
multos autem ex novíssimi-  
mis primos futuros et ex  
primis futuros novíssimos.  
Multa sunt, quæ non  
sinunt nos simplici intel-  
léctu dicta evangélica sus-  
cipere.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes ope-  
rátus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum:  
\* Ipse intercédat pro pec-  
catis ómnium populórum. **V.** Ecce homo sine queré-  
la, verus Dei cultor, absti-  
nens se ab omni opere  
malo, et pémanens in in-  
nocéntia sua. Ipse.

### Lectio viii

**I**nterpósitis nonnúllis re-  
bus, quæ ex natúra  
humani sensus sibi con-  
trária sunt, rationem quæ-  
rere cælestis intelligéntiæ  
admonémur. Apóstoli di-  
cunt et sequi se Chri-  
stum, et se ómnia reliqui-  
sse. Quómodo ígitur fiunt  
tristes, et quómodo mé-  
tuunt, dicentes salvum es-  
se néminem posse? Nam-  
que et ab áliis fieri pót-

erat, si quid fecissent ipsi.  
Deinde cum fecissent, qua-  
re metus, vel unde sus-  
céptus est? Additur étiam  
in responsióne Dómini,  
hæc apud hómines impos-  
sibilia, possibilia apud  
Deum. Numquid apud hó-  
mines impossibilia erant,  
quæ et Apóstoli se fe-  
cisse gloriántur, et fecisse  
eos Dóminus agnoscit?

**R.** Sint lumbi vestri præ-  
cincti, et lucernæ ardé-  
tes in mánibus vestris: \*  
Et vos similes hominibus  
exspectántibus dóminum  
suum, quando revertátur  
a núptiis. **V.** Vigiláte er-  
go, quia nesciis qua ho-  
ra Dóminus vester ventú-  
rus sit. **Et.** Glória Patri.  
Et.

IX Lectio de Homilia Fériæ.

Ad Laudes fit Com. Ss. Per-  
petuae et Felicitatis Mm., ut  
supra in I Vesperis. 10\*

Deinde Com. Fériæ.

Vesperæ a Capitulo de se-  
quenti (S. Thoma de Aquino  
Conf. et Eccl. Doct.), Com.  
præcedentis:

**Ant.** Hic vir despiciens  
mundum et terréna, triúm-  
phans, divítias cælo cón-  
didit ore, manu.

**V.** Justum deduxit.

Propri. Friburg. P. Verna

**Oratio** Deus, qui per-  
fécte, ut supra. 10\*

Deinde Com. Ss. Perpetue  
et Felicitatis, ut supra in I Ve-  
spiris. 10\*

Postea Com. Fériæ.

Die 15 Martii  
S. Clementis Mariae Hof-  
bauer Confessoris

Duplex

Oratio

**D**eus, qui beátem Cle-  
mémentem Mariam miro  
fidei róbore et invictæ  
constántiæ virtute deco-  
rásti: ejus méritis et ex-  
emplis fac nos, quæsumus,  
ita fortes in fide et  
caritaté ferventes; ut præ-  
mia consequámur æterna. Per  
Dóminum nostrum.

Et fit Com. Fériæ.

In I Nocturno Lectiones Be-  
atus vir, de Communi Conf.  
non Pont. 1 loco.

### In II Nocturno

#### Lectio iv



lemens María Hóf-  
bauer Tassovítii  
in Morávia natus,

a prima ætate in scho-  
la christiánæ perfectiōnis  
eruditus est; magístra pot-  
issimum religiosissima  
matre, quæ puérulum post

patris óbitum osténsa Christi Dómini e cruce pendéntis imágine, sic allocúta fertur: En fili, qui hinc in póstero tibi fúturus est pater, cura, ut per eam, quæ ipsi placet, viam incédas. Adoléscens pistóriam artem dídicit; sed ad majóra se vocári præséntiens cœpit inter laboriósas artis exercitíum ad stúdium incúmbere litterárum. Bis Romam pedes ad límina Apostólorum peregrinátus est, bis étiam rerum cælestium contemplatióni libérius vacatúrus in erémum scéssit. Verum Deo illum ad altiória vocánte intermisca litterárum stúdia in Vindobonénsi Universitaté repétiit, navitérque prosecutús est; donec ex puriōre fonte sacras disciplinas haustúrus, Romanum tértium remigrávit. Ibi in sancti Alfónsi familiam singulári Dei providéntia cooptátus est, quam ipsius ópera in dis-sitas regiónes propagátum iri sanctus idem Par-rens divino instíngu- p्रासित ac palam prænun-tiavit.

**R.** Honéstum fecit illum Dominus, et custodívít eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritátem æternam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

### Lectio v

**A**bsoluto cum magno spíritu fervóre tirocínio ac presbyter factus in septentrionáles Európæ provincias a Sede apostólica missus est. Erécto Varsávia in Polónia primo suæ Congregatióni domicilio, et plúribus sibi adjunctis sóciis, incredibile est, quam copioso ibi fructu sacerdotália múnera ultra vicénnum expléverit; nihil labóris recúsans, sive ut cathólicos ad bonos mores et pietatis cultum revocáret, sive ut hæréticos et Judáeos ad veram fidem addúceret. Multa étiam ad religiósam juvenitútis institutiórem præstít. Orphanórum sortem miserátus eréxit hospítium, ubi misérrimos quoque patérrna caritáte alébat; visus subinde stipem eorum causa emendicáre,

immo nec fáciem ab incre-pántibus et in se conspu-éntibus avértere. Inter has autem curas semper coram Deo ámbulans, Déi paræ Virgini, cuius Rosárium assídue recitábat, singuláriter devótus, rec-tus, simplex, húmilius, cunctis affabilis et benignus, ómnibus velut sanc-titatis exémplar júgiter pralúxit.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stola gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi cor-onávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fí-dei, et ornávit eum. **Et.**

### Lectio vi

**D**eо soli confusis, plures institutií sui domus várriis in regiónibus eréxit. Ipse vero multas, ob témporū iniquitátem, acerbítates perpessus, et e Polónia tandem cum suis expulsus, secéssit Vindobónam, ubi duode-cim postrémis vitæ annis, ad Dei gloriā stréne operari perseverávit. Præter sédulam enim sancti-moniálium virginum cu-ram totus in eo fuit, ut prædicatione verbi Dei, sacraménti Pœniténtiæ ad-ministratióne, quam plú-rias a salúte dévias áni-mas Christo lucrifáceret. Quem caritatis ignem, tum sacerdótibus, tum máxime selécta júvenum cohórti, quorum complures suum Congregatióni nomen dé-dérunt, infundere adlabo-rávit. Illud autem inde-féssa sua ópera consecútus est, ut languescéntem pópuli fidem catholicúm que spíritum non parum illa ætate imminútum cor-roboráret; dignus prop-tea, quem Pius séptimus virum apostólicum, Vindobonénsis cleri de-cus, Ecclesiæque cólumen appelláret. Méritis tan-dem plenus, et prodigiórum aliorúmque cælestium charísmatum múnere illústris, prope septuage-nárius obdormivit in Dómino, Idibus Mártiis, anno millésimo octingenté-simo vigésimo. Eum Leo décimus tértius, miráculis clarum, Beatórum catálo-gó, Pius vero décimus no-vis fulgéntem signis Sanctórum fastis accénsuit.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei

Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Nolite timére, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

IX Lectio de Homilia Feriæ et fit ejus Commemoratio in Laudibus et II Vesperis.

### Die 23 Aprilis

### S. Georgii Martyris

In Diœcesi: Semiduplex

In urbe Friburgensi:

Duplex majus

### Oratio

**D**eus, quinos beati Geórgii Mártyris tui méritis et intercessione lœtificas: concéde propítius; ut, qui tua per eum beneficia póscoimus, dono tuae gratiæ consequámur. Per Dóminum.

Et fit Com. præcedentis (Ss. Soteris et Caji Pontificum et Martyrum):

**Ant.** Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja:

vos élégít Deus in hereditátem sibi, allelúja.

**V.** Pretiosa in conspéctu Dómini, allelúja. **R.** Mors Sanctórum ejus, allelúja.

### Oratio

**B**eatórum Mártyrum, patrítérque Pontificum Sotéris et Caji nos, quæsumus Dómine, festa tueántur: et eórum comméndet orátió veneránda. Per Dóminum.

### In II Nocturno

### Lectio iv

 **G**eórgius nobílibus paréntibus in Cappadócia natus, sancte ab illis et reliégiōe educátus est. Iis vita functis, adhuc adoléscens tribúnus miltum factus, et áliis insignitus honóribus sub Diocletiano Cæsare militávit. Verum cum edictis imperiálibus persecutiōnem in christianos céneret ácrius desavíre, id indigne ferebatur, opportunum quoque fore illud tempus existimans ad salutem et ad martyrii gloriām, facultatibus suis in páuperes ergatis servísque libertatē donatīs, zelo fidei ac reli-

giónis accénsus, imperatorem adit Christúmque verum Deum libere conféssus, ipsum de sua impiā in christianos crudelité constánter accusat.

**R.** Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine, \* Et æternitas témporum, allelúja, allelúja. **V.** Lætitia sempiterna erit super cápita eórum: gáudium et exultatiōnem obtinébunt.

Et.

### Lectio v

**A**dmirátus veheménter imperatór, quod Geórgius præter omnem opiniōnem christiánus esset, primo blandis illum verbis ac magnis pollicitatiōnibus, deinde minis poenarūmque terróribus a fidei sententia conáatur avétere. Sed cum nihil proficeret, nec ullo modo viri constántiam posset de pio et sancto propórito dimovére, jubet ipsum primo in cárcerem trudi ibique diu affligi: tum verbéribus cæsum, rota mucrónibus obarmáta laniári, deinde torréri sartágine variéque torquéri. Quam ille tormentórum vim ubi álacri ac fortí animo tu-

lisset, indeque incólumis mirabiliter evasisset, plúrimos suo exémplo ad fidei constántiam excitávit.

**R.** In servis suis, allelúja, \* Consolábitur Deus, allelúja. **V.** Judicábit Dóminus pópulum suum, et in servis suis. **C**onsolábitur.

### Lectio vi

**I**mpius autem persecutor, cum exímiam hujusmodi Mártyris fortitudinem non divinæ virtutí, sed mágicis ártibus adscríberet, ipsum varie tortum atque in sententia nihilominus persisténtem, secúri pércuri jubet. Geórgius igitur fórtiter data cervice, martyrii coróna decorátus est Nono Kaléndas Maji, anno salutis humánæ ducentésimo nonagésimo. Córporis ejus reliquiæ divérsas in regiōnes delátae, máximo ab íncolis habéntur honore. Caput Romæ in Diaconia sancti Geórgii ad Velábrum honorifice asservátur; et ipsius Mártyris nomen non solum in Oriente, ubi passus est, sed et in occiduis oris ubique clarissimum est. Antiquiō-

rem inprimitis intra Galliarum aequa ac Germanniæ fines nōminis ejus veneratiōnem testantur tum cœnobia multa, tum innumeræ fere parochiæ ecclesiæ, quæ passim sub ejus invocatione, pluriib[us] abhinc sœculis Deo dicatæ deprehenduntur.

**R.** Filia Jerusalēm, vennite et videte Mártyres cum corónis, quibus coronavit eos Dóminus \* In die solemnitatis et lætitiae, alleluja. **V.** Quóniam confortavit seras portárum tuárum, benedixit filios tuos in te. In. Glória Patri. In.

### In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secundum Joánnem

### Lectio vii Cap. 15,1-7

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agricola est. Et reliqua.

De Homilia sancti Augustini Episcopi

Tractatus 80 in Joannem



énique cum de Patre, tamquam de agricola dixisset,

quod infructuosos pálmites tollat, fructuosos autem purget, ut plus áfferat fructum, contínuo étiam se ipsum mundatorem pálmitum osténdens: Jam vos, inquit, mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Ecce, et ipse mundatōr est pálmitum, quod est agricolæ, non vitis officium, qui étiam pálmites operários suos fecit: nam etsi non dant incremētum, impéndunt tamen aliquid adjumētum, sed non de suo: quia sine me, inquit, nihil potestis facere.

**R.** Ego sum vitis vera, et vos pálmites: \* Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, alleluja, alleluja. **V.** Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Qui.

### Lectio viii

**A**udi étiam ipsos confitentes: Quid autem est Apóllo? quid autem Paulus? Ministri, per quos credidistis, et unicuique sicut Dóminus dedit. Ego plantávi, Apóllo rigávit. Et hoc ergo,

sicut unicuique Dóminus dedit. Non itaque de suo. Jam vero quod séquitur: Sed Deus incremētum dedit; non per illos, sed per seipsum facit. Excédit hoc humánam humiliatēm, excédit angélicam sublimitatēm: nec omnino pertinet, nisi ad agricolam Trinitatēm.

**R.** Cándidi facti sunt Nazarai ejus, alleluja: splendórem Deo dedérunt, alleluja: \* Et sicut lac coagulati sunt, alleluja, alleluja. **V.** Candidiores nive, nitidiiores lacte, rubicundiores ébore antiquo, sapphiro pulchriores. **E.** Glória Patri. **E.**

### Lectio ix

**J**am vos mundi estis: mundi scilicet, atque mundandi: neque enim nisi mundi essent, fructum ferre potuissent. Et tamen omnem qui fert fructum, purgat agricola, ut fructum plus áfferat. Fert fructum, quia mundus est: atque ut plus áfferat, purgátur adhuc. Quis enim est in hac vita sic mundus, ut non sit magis magnisque mundandus? Ubi

si dixérimus, quia peccatum non habémus, nos ipsos sedúcimus, et véritas in nobis non est. Mundet itaque mundos, hoc est fructuosos, ut tanto sint fructuosiōres, quanto fuerint mundiores.

**T**e Deum laudámus.

In Diœcesi Vesperæ de sequenti (S. Fideli a Sigmarinæ Mart.), Com. præcedentis:

**Ant.** Sancti et justi et **V.** Pretiosa, ut supra. 16\*

**O**ratio Deus, qui nos, ut supra. 16\*

In urbe Friburgensi in Vesperis Com. sequentis (S. Fidelis a Sigmarinæ Mart.):

**A**nt. Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine, et æternitas témporum, alleluja.

**V.** Sancti et justi, in Dómino gaudéte, alleluja.

**R.** Vos elégit Deus in hereditatē sibi, alleluja.

### Oratio

**D**eus, qui beatum Fidélem seraphico spíritus ardore succénsim in veræ fideli propagatione martyrii palma et gloriōsis miraculis décorare dignátus es: ejus, quæsumus, méritis et interces-

síone, ita nos per grátiam tuam in fide et caritáte confírma; ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereámur. Per Dóminum.

Die 24 Aprilis  
In territorio Hohenzollerano:  
**S. Fidelis a Sigmarinaga**  
Martyris,  
Patroni minus principalis

Duplex majus  
Omnia ut in Breviario hac die.

Die 27 Aprilis  
**S. Trudperti Martyris**  
Duplex

Oratio  
Præsta, quássumus omniptens Deus: ut intercedénte beáto Trudperto Mártyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in córpore, et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. præcedentis (Ss. Cleti et Marcellini Pontificum et Martyrum):

Ant. Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja: vos élégit Deus in hereditatē sibi, allelúja.

**V.** Pretiosa in conspéctu Dómini, allelúja. **R.** Mors Sanctórum ejus, allelúja.

### Oratio

Beatórum Mártyrum, patrítique Pontificum Cleti et Marcellini nos, Dómine, fóveat pretiosa confessio: et pia júgiter intercessio tueáatur. Per Dóminum.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

**T**rudpértus génere Scotus regiáque stirpe profectus, religiónis causa, Theodóro post Joánnem hoc nōmine quartum Pontífice Máximo, Romam divino amóre incénsus se cóntruit, ubi ómnia urbis loca sanctitate conspicua circumiens, flagrantissimo pietatis afféctu venerabátur. Inde in pátriam rédiens, quam vitæ suæ rationem institueret, eo in itinere sério cogitare cœpit. Et vero magni illius Patriarchæ Abrahæ exéplum sequi decérnens, omnibus hujus sǽculi divitiis, propinquis patrioque solo ob Christi amó-

rem relictis, in solitárium quemdam Brisgójæ locum contemplatióni aptíssimum, impetráta ab Othbérto Habsburgénsis familiæ, domino loci, licéntia habitandi, se recépit; ubi in hunc usque diem monastérium ejus nómine insignítum invísitur.

**R.** Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine, \* Et ætérnitas téporum, allelúja, allelúja. **V.** Lætitia sempitéra erit super cápita eórum: gáudium et exsultatióne obtinébunt. **Et.**

#### Lectio v

**O**thbérto, a quo prædictum locum dono accepérat, ob ejus singuláres virtutes carus mirum in modum fuit, quinímmo auxiliis opibúsque ejus adjútus, monastérium ibidem constrúxit. Tanta autem humilitate prædictus dicitur, ut iis, qui in ædificio construendo óperam dabant, ministráre non erubuerit. Oratióni instánter vacábat, castitatem perpétuo cóluit, jejunii vigiliisque corpus maceráre non desistébat, mentem divínis contem-

platónibus assídue exér- cuit. Hoc præter cétera hábuit, ut Dei amóre replíri vehementíssime sitíret. Ecclésiam præterea suis mánibus ac labóribus magnis ædificare aggréssus ópere formáque notábili perfécit, quam sanctórum Apostolórum Petri et Pauli nómine Martínus Constantiénsis episcopus solémni ritu consecrávit.

**R.** In servis suis, allelúja, \* Consolábitur Deus, allelúja. **V.** Judicábit Dóminus populum suum, et in servis suis. Consolábitur.

#### Lectio vi

**Q**uibus rebus feliciter conféctis, humáni géneris hostis sanctissimum virum Trudpértum, insígnem Christi mítitem, fréquentius more suo ex insidiis aggréssus, váriis tentatióibus oppugnábat; quas ille jejúnio et oratióne superábat, hisce pie-tatis armis invictus. Advértens vero dæmon se in eo vincéndo óperam pérdere, tímuit ne, si diu víveret hic Christi athléta,

majóres de ipso quotidié reportáret triúmphos; ideo immisit in quorúmdam hóminum scelestórum ánimos ejus interiméndi consilium, quo indúcti innocentíssimum vírum per insidias interfecérunt sexto Kaléndas Maji, anno post Christum natum sexcentésimo quadragésimo tértio. Ejus corpus Othbértus honorífice (ut sanctum Mártylem decébat) sepeliéndum curávit. Anno autem septingentésimo septuagésimo, cum ejus sanctissimam vitam ac mirácula, quæ cooperánte Dómino et ante et post martyrium multa édedit, diligénter Stéphanus tértius Póntifex Máximus cognovisset, solénni ritu illum in sanctórum Mártylem númerum rétulit.

R. Filiae Jerúsalem, venite et videte Mártires cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus \* In die solemnitatis et lætitiae, allelúa. V. Quóniam confortávit seras portárum tuárum, benédixit filios tuos in te. In. Glória Patri. In.

**In III Nocturno**  
Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem

**Lectio vii Cap. 15, 1-7**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agrícola est. Et réliqua.

De Homilia sancti Augustini Epíscopi

Tract. 81 in Joannem

**M**item se dixit esse Jesus, et discípulos suos pálmites, et agricolam Patrem: unde jam pridem, sicut potúimus, disputátum est. In hac autem lectióne, cum adhuc de séipso, qui est vitis, et de suis pálmítibus, hoc est discípulis, loquerétur: Manéte, inquit, in me et ego in vobis: non eo modo illi in ipso, sicut ipse in illis. Utrúmque autem prodest non ipsi, sed illis: ita quippe in vite sunt pálmites, ut viti non cónferant, sed inde accipient unde vivant; ita vero vitis in pálmítibus, ut vitálē alimento subminístret eis, non sumat ab eis.

R. Ego sum vitis vera, et vos pálmites: \* Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, allelúa, allelúa. V. Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Qui.

**Lectio viii**

**A**c per hoc, et manétem in se habére Christum, et manére in Christo, discípulis prodest utrúmque, non Christo. Nam præciso pálmite, potest de viva radice álius pulluláre; qui autem præcísus est, sine radice non potest vivere. Dénique adjúngit, et dicit: Sicut palmes non potest ferre fructum a semetíspo, nisi mánserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Magna gratiæ commendatio, fratres mei: corda instruit humilium, ora obstruit superbórum.

R. Cándidi facti sunt Nazaræi ejus, allelúa: splendórem Deo dedérunt, allelúa: \* Et sicut lac coagulati sunt, allelúa, allelúa. V. Candidióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antiquo, sapphíro pulchrióres. Et Glória Patri. Et.

**Secundum Lectio ix**  
**E**cce cui, si audent, respondéant, qui ignorantes Dei justitiam, et suam voléntes constitúere, justitiæ Dei non sunt subjécti. Ecce cui respóndeant, sibi placéntes, et ad bona ópera faciénda Deum sibi necessárium non putántes? Nonne huic resistunt veritati, homines mente corrúpti, réprobi circa fidem, qui respóndent, et loquuntur iniquitatem, dicéntes: A Deo habémus, quod homines sumus; a nobis ipsis autem, quod justi sumus? Hæc sunt inánia præsumptionis vestrae: et si est in vobis ullus sensus, horréte: qui enim a semetíspo se fructum existimat ferre, in vite non est; qui in vite non est, in Christo non est. Te Deum laudámus.

Vesperæ a Capitulo de sequenti (S. Paulo a Cruce Conf.), Com. præcedentis:

**Ant.** Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúa: vos elégít Deus in hereditatem sibi, allelúa.

**V.** Pretiosa in conspéctu Dómini, allelúa. R. Mors Sanctórum ejus, allelúa.

**Oratio** Præsta, quæsumus, ut supra. 20\*

Deinde Cōm. S. Vitalis Mart.:

**Ant.** Lux perpétua lucēbit sanctis tuis, Dómine, et ætérnitas téporum, allelúja.

**V.** Sancti et justi, in Dómino gaudéte, allelúja.  
**R.** Vos elégit Deus in hereditátem sibi, allelúja.

### Oratio

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut, qui beati Vitalis Mártyris tui natalitia cólimus, intercessióne ejus in tui nóminalis amóre roborémur. Per Dóminum.

Feria IV  
infra Hebdom. IV post Octavam Paschæ

### In Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia de Communi Dedi-  
cationis Ecclesiæ, præter se-  
quentia:

Lectio vi  
(ex publicis documentis)

Templum hoc, mirificum  
opus artis góthicæ,  
per tria fere médiæ ævi

sæcula, tam regnántium quam cívium sédula cura, largitióibus, labóribus extructum, sub die qua-  
ta et quinta Decémbris, anni millésimi quingenté-  
simi décimi tértii, fuit Deo dedicátum in honórem Dóminæ Nostræ in cælum Assúmptæ, Dedicatiónis autem Festum póstea celebrándum per Guliélmum Cardinálem, apostólicæ Sedis Légatum, Domínicæ quintæ post Pascha affíxum fuerat. Sed, téporum decúrsu, ob rerum vicissítudines, suppræssa Diœcési Constantiensi, in urbe Friburgénsi Archi-episcopális et Metropolitána Sedes erécta est, atque ita ista Ecclesiæ, nobilitate et pulchritúdine in tota régione princeps, facta est cathedrális: quam Románi Pontífices spirituálibus grátiis et privilégiis auxérunt. Benedíc-  
tus vero Papa décimus quintus ejus Dedicatiónis Anniversárium, ante diem Festum Ascensiónis Dómini Nostri, quotánnis in tota Diœcési státuit recoléndum. Grárias próinde omnipoténti Deo referá-

mus, qui templa manu-  
facta éligit et sanctificá-  
vit, ut nomen ejus esset ibi, etiámque rogémus, ut omnes, qui huc depreca-  
túri convénerint, interce-  
dente beata María Vírgi-  
ne, consolationis grátiam consequántur.

¶ Infra Octavam et in die Octava Antiphonæ et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum de occurrenti Hebdomadæ die ut in Psalterio; reliqua ut in Festo preter Lectiones, quæ in I Nocturno dicuntur de Scriptura occurrenti cum suis Responso-  
riis de Tempore, in II et III in Communi singulis diebus assignantur propriae.

Feria IV sequenti  
In Octava Dedi-  
cationis Ecclesiæ Cathedralis

Duplex majus

¶ Pro utentibus Breviario antiquo Lectiones III Nocturni de Feria IV infra Octavam.

Pro Vigilia Ascensionis:

Lectio ix

Léctio sancti Evangélii secundum Joáninem

Cap. 17, 1-11

In illo témpore: Suble-  
vátis Jesus óculis in cælum, dixit: Pater, ve-

nit hora, clarifica Fílium tuum. Et réliqua.

Homilia sancti Augustíni Episcopi

Tract. 104 in Joann., sub med.

Póterat Dóminus noster, unigénitus et coæternus Patri, in forma servi, et ex forma servi, si hoc opus esset, oráre siléntio: sed ita se Patri exhibére voluit precatórem, ut meminisset nostrum se esse doctórem. Proinde eam, quam fecit oratióne pro nobis, notam fecit et nobis: quóniam tanti magístri non solum ad ipsos sermocináto, sed étiam pro ipsis ad Patrem oráto, discipulórum est ædificatió: et si illórum, qui hæc dicta aderant auditúri, profecto et nostra, qui fuerámus conscripta lectúri.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Com. Vigiliæ Ascensionis:

**Ant.** Pater, venit hora, clarifica Fílium tuum clari-  
tate quam hábui, priú-  
quam mundus esset, apud te, allelúja.

**V.** In resurrectione tua,  
Christe, allelúja. **R.** Cæli

et terra lætentur, alleluja.

**Oratio**

**D**eus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplicibus tuis: ut cogitámus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernante, éadem faciámus. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti Festo Ascensionis sine ulla Commemoratione.

Die 16 Maii  
S. Joannis Nepomuceni  
Presbyteri et Martyris

Duplex majus

**Oratio**

**D**eus, qui ob invictum beáti Joánnis sacramentale siléntium, nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti: da nobis ejus intercessióne et exemplo, lingua caute custodire; ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum, in hoc sǽculo toleráre. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. præcedentis (S. Joannis Baptiste de la Salle Conf. duplex):

**Ant.** Hic vir despiciens mundum et terréna, tri-

úmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu, alleluja.

**V.** Justum dedúxit.

**Oratio**

**D**eus, qui ad christiánam páuperum eruditiónem, et ad juvémentam in via veritátis firmándam, sanctum Joánnem Baptistam Confessórem excitásti, et novam per eum in Ecclésia familiam collegisti: concéde propítius; ut ejus intercessióne et exemplo, stúdio gloriæ tuæ in animárum salúte fervéntes, ejus in cælis corónæ participes fieri valéamus.

Deinde Com. S. Ubaldi Ep. et Conf. (semiduplex):

**Ant.** Sacérdos et Póntífex, et virtútum ópifex, pastor bone in pôpulo, ora pro nobis Dóminum, alleluja.

**V.** Amávit eum.

**Oratio**

**A**uxílium tuum nobis, Dómine quæsumus, plácatus impénde: et intercessióne beáti Ubálidi Confessóris tui atque Pontificis contra omnes diáboli nequítias déxteram super

nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

**In II Nocturno****Lectio iv**

**J**oánnes Nepomúci Bohémia ópido, unde Nepomucéni cognómen duxit, a paréntibus àtate provéctis, non sine futúræ sanctitatis præságio, flammis supra nascéntis domum mirabiliter collúcitibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidisset, beatæ Vírginis ope, cui natum paréntes referébant accéptum, e vitæ perículo evásit incolumis. Egrégia índole, piáque institutióne cælestibus indíciis obsequente, inter sanctas religiosas que exercitatiónes pueritiam egit; nam ecclésiam frequénter adíre, ac sacerdótibus ad aras operántibus ministrare in delíciis habébat. Zatécií politiòribus líteris ad humanitatem informátus, Pragæ vero gravióribus disciplinis excultus, philosóphiæ, theológiæ, sacrórūmque cánonum magistérium et láuream emeruit. Sacer-

dótio initiátus, atque a sciéntia Sanctórum ad luxura animárum rite comparátus, ministério verbi Dei se pénitus addíxit. Cum igitur in vitiis extirpándis, et revocándis in viam salútis errántibus, eloquénzia et pietáte uberes éderet fructus, inter canónicos metropolitánæ ecclésiæ Pragénsis cooptátus, mox sibi demandátam Evangelii coram rege Wenceslao quarto prædicándi provinciam suscépit, eo succéssu, ut Joánnis suá multa rex fáceret, magnóque in honore ejus virtutes habéret. Conspicuas tamen, quas ille obtulit dignitátes, Dei servus, ne a divini verbi præcónio avocarétur, constantissime recusávit.

**R.** Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine, \* Et aeternitas tóporum, alleluja, alleluja. **V.** Lætitia sempiterna erit super cápita eórum: gáudium et exsultatióнем obtinébunt. **Et.**

**Lectio v**

**R**égiis illum eleemosynis in páuperes erogándis præfécitum Joánnina regina

consciéntia sibi moderatorem ascivit. Cum autem Wencesláus ab officio institutóque decessisset, atque in vília præcepis abriperétur, piæ autem cónjugis obtestationes et mórita gravatè ferret, contendere ausus est, ut in sacramentálí judicio sacerdóti crèdita reginæ arcána sibi a Joánnē pandéruntur. At Dei minister blanditiis primum, tormentis deinde et cárceris squalore tentatus, nefáriæ regis cupiditati fórtiter óbstitit. Furéntem tamen Wenceslái ánimam cum ab exsecrando propórito nec humána, nec divína jura deterrérent, suprénum agónem, quem instáre sibi athléta Christi nòverat, pòpulo in contíone de impendéntibus étiam regni calamitatibus admónito, non obscúre prænuntiávit. Mox Bolesláviam profectus, ad beatæ Vírginis imáginem antiquo cultu célebrem, caeleste præsidium ad certandum bonum certámen effúsis præcibus implorávit. Inde vespere revertentem in pervigilio Do-

mínicæ Ascensiónis rex e fenéstra conspicátus arcessit; cumque veheméntius urgéret, et próximam in aquis, si obluctári pérgeret, submersiónem intentáret, Joánnes invicta constántia terróres minásque refutávit. Itaque regis império in Moldávam flumen Pragam intérflens noctu dejéctus, illústrem martyrii corónam est consecútus.

**R.** In servis suis, allelúja, \* Consolábitur Deus, allelúja. **V.** Judicabit Dóminus pòpulum suum, et in servis suis. Consolábitur.

### Lectio vi

**S**acrilegum fácinus clam patrátum, et Mártyris glóriam insigne prodígiū divinitus patefecit. Ubi enim exánime corpus secundo flúmine veli cœpit, ardentes faces aquis supernatantes et discurrentes apparuérunt. Quam ob rem ex aréna postridie mane corpus elátum, canónici deinde, regis iram nihil timéntes, in metropolitánam ecclésiam solémni pompa intulérunt, et sepulturæ mandárunt.

Cum autem in dies invicti sacerdótis memória miráculis, et máxima fidélium, eórum præcipue qui fama periclitántur, veneratióne créseret, post annos demum amplius trecéntos, in jurídica recognitióne còporis, quod sub humo tándiu jacuerat, lingua ejus incorrúpta et vivida repérta est: quæ sexto post anno judicibus a Se-de apostólica delegatis exhibita, novo prodígio repente intúmuit, et sub obscúrum rubórem in purpureum commutávit. His itaque aliisque signis rite probatis, Benedíctus décimus tértius Póntífex Máximus die décima nona mensis Márpii, anno salútis millésimo septingentésimo vigésimo nono, primum hunc sacramentalis sigilli assertórem, arcáni fidem sanguine obsignátem, sanctórum Mártyrum catálogo adscrípsit.

**R.** Filiæ Jerúsalem, venite et videte Mártyres cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus, \* In die solemnitatis et lætitiæ, allelúja. **V.** Quóniam confortávit seras portá-

rum tuárum, benedíxit filios tuos in te. **In. Glória Patri. In.**

### In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum

### Lectio vii Cap. 10, 26-32

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opértum, quod non revelábitur; et occúltum, quod non sciétur. Et réliqua.

Homilia sancti Hilárii Episcopi

Comment. in Matthæum, can. 10, post medium

**D**óminus diem judicii osténdit, quæ abstrúsam voluntatis nostræ consciéntiam prodet: et ea quæ nunc occulta existimántur, luce cognitionis publicæ déteget. Igitur non minas, non consilia, non potestates insectántium monet esse metuéndas: quia dies judicii nulla hæc fuisse, atque inánia revelábit. Et quod dico vobis in ténebris, dicite in lúmine: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Non légimus Dóminum sóli-

tum fuisse noctibus sermocinari, et doctrinam in tenebris tradidisse: sed quia omnis sermo ejus carnalibus tenebræ sunt, et verbum ejus infidelibus non est.

R. Ego sum vitis vera, et vos pâlmites: \* Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, alleluja, alleluja. V. Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Qui.

## Lectio viii

**I**taque id quod a se dictum est, cum libertate fidei et confessio[n]is vult esse loquendum. Idcirco quæ in tenebris dicta sunt prædicari jussit in lumine: ut quæ secrēto aurum commissa sunt, super tecta, id est, excelso loquentium præcônio audiântur. Constanter enim Dei ingérenda cognitio est, et profundum doctrinæ evangelicæ secrétum in lumine prædicationis apostolicæ revelandum: non timéntes eos, quibus cum sit licentia in corpora, tamen in animam jus nullum est: sed timéntes potius Deum, cui perdendæ

in gehenna et animæ et corporis sit potestas.

R. Cândidi facti sunt Nazaræi ejus, alleluja: splendorem Deo dedérunt, alleluja: \* Et sicut lac coagulati sunt, alleluja, alleluja. V. Candiôres nive, nitidiôres lacte, rubicundiôres ébore antiquo, sapphiro pulchriores. Et. Glória Patri. Et.

Pro S. Ubaldo:

## Lectio ix

**U**baldus, Eugubii in Umbria nobili genere natus, a primis annis pietate et litteris egrégie est institutus; jamque adolescens, ut uxorem duceret, sâpe tentatus, numquam tamen a propôsito servandæ virginitatis recéssit. Sacêrdos effectus, patrimonium suum paupéribus et ecclésiis distribuit. Canonicorum regulárium ordinis sancti Augustini institutum suscipiens, illud in pátriam tránstulit. Ab Honório secundo summo Pontifice ecclesiæ Eugubinæ invitus præficitur, et episcopalis consecrationis múnere decorâtur. Factus forma gregis ex

In Vesperis Com. sequentis (S. Paschalis Baylon Conf.) et S. Ubaldi.

Pro Com. S. Paschalis:

**Ant.** Similâbo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram, alleluja.

V. Amâvit eum.

## Oratio

**D**eus, qui beatum Paschalem Confessorem tuum mirifica erga Cörporis et Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorâsti: concéde propitiis; ut, quam ille ex hoc divino convívio spíritus percépit pinguéinem, cámdem et nos percipere mereámur.

Deinde Com. S. Ubaldi:

**Ant.** Amâvit eum Dóminus, et ornâvit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi corónavit eum, alleluja.

V. Justum dedúxit.

**Oratio** Auxilium tuum, ut supra.

ánimo, de consueta vivendi ratione nihil admotum immutavit, et in omnibus virtutum genere enituit. Diutius infirmitatibus afflitus, Deo indesinenter grâtias agébat. Cum multis annis ecclasiam sibi commissam summa cum laude gubernasset, sanctis operebus et miraculis clarus, quiévit in pace.

Te Deum laudamus.

**Ad Laudes fit Commemoratio S. Ubaldi:**

**Ant.** Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constitua[m], dicit Dóminus, alleluja.

V. Justum dedúxit.

## Oratio

**A**uxilium tuum nobis, Domine quæsumus, placatus impende: et intercessione beati Ubaldi Confessoris tui atque Pontificis contra omnes diaboli nequítias déxerat super nos tue propitiatiōnis extende. Per Dóminum.

Die 21 Aprilis

(In Austria die 20 Aprilis)

# S. CONRADI A PARZHAM

## CONFESSORIS

### Duplex

(Ubi fit die 20 Aprilis, m. t. v.)

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. (**T. P.**)  
Allelúja.) **R.** Stolam glóriæ índuit eum. (**T. P.**) Allelúja.)

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (**T. P.**) Allelúja.) **R.** Et osténdit illi regnum Dei. (**T. P.**) Allelúja.)

### Oratio

**D**eus, qui pópolo tuo ætérnæ salutis beátum Ansélmu[m] minístrum tribuísti: præsta, quássumus; ut, quem Doctórem vitæ habuímus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

In I Nocturno, si dicendæ sint de Communi, Lectiones Beátus vir, de Communi Conf. non Pontificis 1 loco.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

**C**onrádus, in rurálio prædio ad oppidum Parzham in diocesi Passaviénsi, piis honestisque paréntibus natus, inde a púero modéstia et solitúdinis amore, quanta futúris esset sanctitáte,

Ubi celebratur die 21 Aprilis, fit Commemoratio S. Ansélm Ep., Conf. et Doct.:

**Ant.** O Doctor óptime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beáte Ansélme, divinæ legis amatór, deprecáre pro nobis Filium Dei. (**T. P.**) Allelúja.)

Pro dicec. Germaniæ et Austriae. P. Verna

## Index alphabeticus

|                                                                                                                    | pag. |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------|
| Clementis Mariæ Hofbauer Conf., duplex. 15 Martii                                                                  | 13*  |
| Cunigundis Imperatr., Virg., duplex. 3 Martii                                                                      | 7*   |
| Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis, duplex I classis cum Octava communi. Feria IV infra Hebdom. IV post Octavam Paschæ | 24*  |
| — Octava, duplex majus. Feria IV sequenti                                                                          | 25*  |
| Fidelis a Sigmarina Mart., duplex majus. 24 Aprilis                                                                | 20*  |
| Fridolini Conf., duplex. 6 Martii                                                                                  | 10*  |
| Georgii Mart., semiduplex. (In urbe Friburg. duplex majus.) 23 Aprilis                                             | 16*  |
| Henrici Susonis Conf., duplex. 2 Martii                                                                            | 5*   |
| Joannis Nepomuceni Mart., duplex majus. 16 Maii                                                                    | 26*  |
| Trudperti Mart., duplex. 27 Aprilis                                                                                | 20*  |

præmonstrávit. Mirus jam tum in eo elucébat devo-tiónis fervor, máxime cum in ecclésia oráret; quam longe sitam, neque itinere neque frígore deterritus, frequentáre solébat. Summo erga beatam Vírginem amóre inflammátus, quotdí die ejus Rosárium assídue iterábat, diebúsque festis persépe ad remotiora ipsius Deíparae sanctuária pergébat: ex quibus pedestríbus peregrinatíonibus, júgiter orándo suscéptis, domum remeábat sub vésperum fere semper jejúnus. Integra juventúte in agrórum cultúra transácta, ut árctius Deo adhæreret eíque libérius famularétur, mundo valedícere státuit; quaprópter perámplo património abdicáto, annum agens primum supra trigesimum inter fratres láicos órdinis Minórum Capuccinórum adnumerári obtinuit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum:  
 \* Et dedit illi claritatém aeternam, allelúja. V. Ju-stum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stola gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi corona-vit eum, allelúja. V.

### Lectio v

**S**tatim ab emissa profes-siōne, ad sanctæ Annæ convéntum civitatis Vetcettingæ missus fuit; locus autem célebris est et frequentissimus inter cétera Germánicae dicíonis Mariána sanctuária, ádeo ut plura fidélium centéna millia illuc singulis annis convéniant. Ob tantum ad eádem civitatem concúrsum, perdiffícile in cœnóbio evádit janitóris offí-cium; quod Conrádus, cui hujusmodi munus statim ab ejus advéntu fíuerat demandáatum, ad óbitum usque retinuit, et tamquam exempli apostolátum ex-plévit. Impiger in labóre, parcus in loquéndo, erga páuperes largus, in peregrinis excipiéndis juvandisque promptus, per annos quadraginta et amplius ostiárii onus æquani-miter gessit, máximo incolárum et peregrinórum emolu-ménto, in ómnibus tum ánime tum corporis neces-sitáibus.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stola gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi corona-vit eum, allelúja. V.

Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. Et.

### Lectio vi

**V**irtútibus ómnibus præ-clárus, siléntium summópere adamávit. Per diem subsecíva témporis moménta insumébat in quodam tuguriolo, jánuæ propínquo, e quo sanctissimam Eucharístiam inví-sere et adorare póterat; de nocte vero horas subri-piébat somno, quas in frátrum condítorio vel in ecclésia oratióni dabat. Etsi consenuisset, quiéti num-quam se trádidit, sed in labóribus piúsque exercítis ad extrémum usque perréxit. Revéra quadam die cum plúribus peregrinántium turmis satisfecí-set, agnóvit cóporis víribus prorsus destíui; ac tríduo post, undécimo Kaléndas Maii, obdormívit in Dómino, anno millésimo octingentésimo nonagésimo quarto, aetatis suæ septuagésimo quinto. Hunc Dei fámulum, heróicis vir-tútibus et miráculis clárum, Pius Papa undécimus anno millésimo nongentésimo trigésimo inter Beátos réttulit; novísque miráculis fulgéntem, quadrién-

nio post, idem Summus Póntífex Sanctórum fastis solémniter adscriptis.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: In-grédere in réquiem meam:  
 \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus, allelúja. V. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

Si hoc Festum ad instar Sim-plicis redigatur, et de ipso IX Lectio juxta Rubricas sit di-cenda, sumi potest sequens

### Lectio ix

**C**onrádus in oppido Parz-ham diocesis Passaviensis piis honestisque paréntibus natus, inde a púero, modéstia et solitúdimis amóre, quanta futúrus esset sanctitáte, præmonstrávit. Integra juventúte, in agrórum cultúra transácta, ut Deo libérius famularétur, mundo vale-dícere státuit; quaprópter, perámplo património abdicáto, inter fratres láicos órdinis Minórum Capuccinórum adnumerári obtinuit. Statim ab emissa professióne, ad sanctæ Annæ convéntum civitatis Vetcettingæ missus est,

ibique janitoris officio ad-dictus; quod ad óbitum usque máximo proximórum emoluménto in ómni-bus tum ánimæ tum cór-poris necessitatibus exér-cuit. Erga Eucharístiam assíduo flagrávit devotíonis afféctu, et Déiparam Virginem tamquam matrem quotidianiás obséquiiis coluit. Migrávit ad Dómi-num anno millésimo octingentésimo nonagésimo quarto, ætatis suæ septua-gésimo quinto.

Te Deum laudámus.

### In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii se-cúndum Lucam

### Lectio vii Cap. 12, 35-40

In illo tómpore: Dixit Je-sus discípulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, et lucérnæ ardentes in mánibus vestris. Et réliqua.

Homilia sancti Gregórii Papæ

### Homilia 13 in Evangelia

**S**ancti Evangélii, fra-tres caríssimi, apér-ta vobis est léctio recítata. Sed, ne alíquibus ipsa ejus planíties alta for-tasse videátur, eam sub brevitáte transcúrrimus, quátenus ejus exposítio ita nescientibus fiat cógnita,

ut tamen sciéntibus non sit onerósa. Dóminus dicit: Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos enim præcíngimus, cum carnis luxúriam per continéntiam coarctá-mus. Sed, quia minus est mala non ágere, nisi étiam quisque studeat et bonis opéribus insudáre, próti-nus ádditur: Et lucérnæ ar-dentes in mánibus vestris. Lucérnas quippe ardentes in mánibus tenémus, cum per bona ópera próximis nostris lucis exémpla mon-strámus. De quibus pro-fecto opéribus Dóminus dicit: Lúceat lux vestra coram homínibus, ut ví-deant ópera vestra bona et glorificent Patrem ve-strum, qui in cælis est.

**R.** Iste est, qui ante De-um magnas virtutes operá-tus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum: \* Ipse intercédat pro peccá-tis ómnium populórum, alle-lúja. **V.** Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, abstinen-s se ab omni ópere malo, et pémanens in in-nocéntia sua. **Ipse.**

### Lectio viii

**D**uo autem sunt, quæ jubéntur: et lumbos restringere, et lucérnas te-nére; ut et munditia sit ca-

stítatis in córpore, et lu-men veritatis in operatió-ne. Redemptóri étenim no-stro unum sine áltero pla-cére nequáquam potest; si, aut is qui bona agit, adhuc luxúriæ inquinaménta non déserit, aut is qui castitáte præéminet, necdum se per bona ópera exércet. Nec cástitas ergo magna est si-ne bono opere, nec opus bonum est áliquod sine ca-stitáte. Sed, et si utrúm-que ágitur, restat, ut, quis-quis ille est, spe ad supér-nam pátriam tendat, et ne-quáquam se a vítiis pro mundi hujus honestáte contineat.

**R.** Sint lumbi vestri præ-cincti, et lucérnæ ardentes in mánibus vestris: \* Et vos símiles homínibus ex-spectántibus dómimum su-um, quando revertátur a nuptiis, alle-lúja. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ven-turus sit. **Et. G**lória Patri. **Et.**

Ubi celebratur die 21 Apri-lis, legitur

Pro S. Anselmo:

### Lectio ix

**A**nsélmus, Augústæ Præ-tóriæ in finib[us] Italiæ, nobilib[us] et cathólicis pa-

réntibus natus, adoléscens, pátria et bonis ómnibus derelictis, in monastério Beccensi órdinis sancti Ben-edicti emissa regulári pro-fessióne, in litteris et vir-tutibus assequéndis mirum in modum profécit. Régi-bus, episcopis veneratio[ni] fuit, et sancto Gregório séptimo étiam acceptus, qui tunc, persecutióibus agitátus, litteras amóris plenas ad eum dedit, se et Ecclésiam ejus oratióni-bus comméndans. Defúncto Lanfráncō archiepíscopo Cantuariensi, ejus olim præceptóre, ad ejusdem ecclésiæ régimen vocátus, verbo et exémplo, scriptis et concíliis celebrátis, pŕi-stinam pietátem et ecclé-siásticam disciplinam redúxit. Sed cum mox Wil-lélmus rex vi et minis jura Ecclésiæ usurpáre tentás-set, ípseque invícte resti-tisset, bonórum direptió-nem et exsiliúm passus, Romam ad Urbánum se-cúndum se cóntulit. A quo honorifice excéptus et summis láudibus ornátus, in Barénsi concilio Spíritum Sanctum étiam a Fílio pro-cedéntem, contra Græcó-rum errorem, innúmeris Scripturárum et sanctó-

rum Patrum testimoniis propugnávit. Post mortem Willémi, ab Henrico rege ejus fratre in Angliam revocátus, obdormívit in Dómino.

Te Deum laudámus.

Si autem IX Lectio alicujus Officii commemorati non sit dicenda, erit sequens

### Lectio ix

**E**t vos símiles homíni- bus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis; ut, cum vénérerit et pulsáverit, conféstim apérant ei. Venit quippe Dóminus, cum ad judícium próperat; pulsat vero, cum jam per ægritudinis moléstias esse mortem vicinam designat. Cui conféstim aperímus, si hunc cum amore suscipimus. Aperíre enim júdici pulsánti non vult, qui exire de córpore trépidat, et vidére eum, quem contémptisse se méminit, júdicem formídat. Qui autem de sua spe et operatióne secúrus est, pulsánti conféstim áperit, quia lætus júdicem sústinet; et, cum tempus propínqua mortis advénerit, de glória retríbutiónis hilaréscit.

Te Deum laudámus.

### Ad Laudes

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. (**T.** **P.** Allelúja.) **R.** Et ostén- dit illi regnum Dei. (**T.** **P.** Allelúja.)

**Ad Bened.** **Ant.** Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui. (**T.** **P.** Allelúja.)

### Oratio

**D**eus, qui misericórdiae tuæ jánuam fidélibus patére voluísti: te súpplices exorámus; ut, intercede- dénte beáto Conrádo Con- fessore tuo, temporália subsídia nobis tribuas et atérrna. Per Dóminum.

**Ubi celebratur die 21 Apri- lis, fit Commemoratio S. An- selmi:**

**Ant.** Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus. (**T.** **P.** Allelúja.)

**V.** Amávit eum Dómi- nus, et ornávit eum. (**T.** **P.** Allelúja.) **R.** Stolam gló- riæ índuit eum. (**T.** **P.** Al- lelúja.)

### Oratio

**D**eus, qui pópulo tuo æ- térrae salútis beátm Ansélmum minístrum tri-

buísti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereá- mur in cælis. Per Dómi- num nostrum.

**Ubi celebratur die 20 Apri- lis, Vesperæ a Capitulo di- cuntur de sequenti, cum Commemoratione præceden- tis: Ant. Hic vir, **V.** Justum, ut infra. Alias vero Vesperæ dicuntur de S. Conrado, ut sequitur.**

### In II Vesperis

**V.** Justum dedúxit Dó- minus per vias rectas. (**T.** **P.** Allelúja.) **R.** Et ostén- dit illi regnum Dei. (**T.** **P.** Allelúja.)

**Ad Magnif.** **Ant.** Hic vir despíciens mundum \* et terréna, triúmphans, divi- tias cælo condidit ore, manu. (**T.** **P.** Allelúja.)

**Et fit Com. sequentis:**

**Ant.** Lux perpéta lucé- bit Sanctis tuis, Dómine, et atérritas téporum, al- lelúja.

**V.** Sancti et justi, in Dó- mino gaudéte, allelúja. **R.**

### Oratio

**B**eatórum Mártyrum pa- ritérque Pontíficum Sotéris et Caji nos, quæsu- mus, Dómine, festa tueán- tur: et eórum comméndet orátió veneránda. (Per Dóminum.)

**Deinde Com. S. Anselmi:**

**Ant.** O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Ansélmie, divinæ le- gis amatór, deprecáre pro nobis Fílium Dei. (**T.** **P.** Allelúja.)

**V.** Amávit eum Dómi- nus, et ornávit eum. (**T.** **P.** Allelúja.) **R.** Stolam gló- riæ índuit eum. (**T.** **P.** Al- lelúja.)

### Oratio

**D**eus, qui pópulo tuo æ- térrae salútis beátm Ansélmum minístrum tri- buísti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

## ELOGIUM IN MARTYROLOGIO ROMANO

In Austria die 20 Aprilis primo loco legitur:  
Sancti Conrádi a Parzham Confessóris, cuius dies  
natális sequénti die recensétur.

### Die 21 Aprilis

in Germania 1 loco, in Austria vero 2 loco:

Vetoettingæ, in Bavária, sancti Conrádi a Parzham,  
Confessóris, ex Ordine Minórum Capuccinórum,  
jungi oratióne et caritáte in próximum insígnis; quem  
miráculis clarum Pius Papa undécimus Sanctórum  
número adscripsit. (In Austria additur: Ipsius tamen  
festum prídie hujus diéi recólitur.)

### APPROBATIO

Concordat cum originali approbato.

Ratisbonæ, die 1 Januarii 1938

v. n. DR. DOEBERL